(4)

46

PAVLVS PP III

Dilecti filij salutem et aplicam ben: Vram erga sancta Roman eccliæ statum fidem et sinceram deuotionem perspectam omni tempore habuimus, itaq ut in hmoi deuotione vra eo feruentius perseuerare possitis, quo fueritis á nobis yberioribus gratijs ornati, vris in hac parte supplicationibus inclinati omnia et singula priuilegia et indulta, necnon breuia concessiones immunitates et gratias, vobis per Roman Pontifices prædecessores nros ac legatos aplicos aut ab eis potestatem habentes seu alios concessa, a prædecessoribus vrís licet quatinus sint in vsu, ab alijs uero quatinus iusta et rationabilia et usu recepta sint, et in præiudicium ecclisticæ libertatis nó tendant, tenore pntium auctoritate aplica confirmamus et approbamus, Mandantes Legato vicelegato seu Gubernatori ac Thesaurario et Officialibus Prouinciæ nræ Patrimonij presentibus nunc et pro tempore existentib, ac cæteris ad quos spectat, vt præmissa et hmoi confirmationem nram, vobis inuiolabiliter obseruent. in contrarium facientib, non obstantib quibuscuq: Dat Romæ apud sanctu Petrum sub Annulo Piscatoris die xxviij Nouembris M D XXXiiij · Pontificatus nri Anno Primo

Blo. el. Fulgin

78

Confirmatio Pauli Pape tertij privilegioꝝ indultoꝝ
brevium immunitatum et gratiaꝝ comunitatis Aque-
pendentis in anno Dni 1534

Dilectis filijs confalonerio Prioribus et comunitati
Terrae nrae Aquependentis

ARCHIVIO STORICO
ACQUAPENDENTE